

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XII. Non committit duplex peccatum, qui violat duo jejunium Vigilæ & Quatuor Temporum vel Quadragesimæ, in unum diem incidentia: neque frangens jejunium debitum ex voto, estò vivisset ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

debeat illius meminisse in Confessione; quia nihil apparet, unde prohibeatur, per se loquendam, incursum Excommunicationis.

Dico: Per se loquendo; quia fieri potest, ut quis per accidens teneatur ad illam praecavendum, v. g. si si Parochus obligatus celebrare, ministrare Sacramenta &c. à quibus officiis impeditur per Excommunicationem: ergo ratione hujusmodi obligationis tenetur Excommunicationem praecavere, nisi alter possit gregi suo providere.

Ut igitur finem imponamus huic controversiae, & ad alios causas procedamus; cum obligationes non sint multiplicanda sunt necessitate, & in dubio juris standum sit pro libertate conscientiae; iterum afero, praeceptorum multiplicationem in eadem materia; ex eodem motivo proximo & intrinseco, nec specie nec numero multiplicare peccata; secundum in diversa materia, vel ex diverso motivo proximo & intrinseco. Ex quo infero:

CONCLUSIO XII.

Non committit duplex peccatum, qui violat duo jejunia ab Ecclesia indicta, v. g. jejunium Vigiliae & Quatuor Temporum vel Quadragesimæ, in unum diem incidentia: neque frangens jejunium debitum ex voto, estò vovisset ex motivo temperantiae. Franciscanus tamen, frangens jejunium in Quadragesima, peccat duplicititer. Sed & quilibet Religiosus potest peccare dupl. peccato contra præceptum sui Prælati.

cipitur auditio Missæ die Dominicæ in honorem Dei, adeoque ex motivo Religionis; præcipitur autem in die Festo ex motivo Duliae, id est, in honorem Sancti ergo ex diversis virtutibus. Ergo omissione Missæ habet dupl. malitiam, scuti auditio dupl. bonitatem.

Deinde objicitur: Præcepta illa inducunt distinctas obligationes, si incident in tempora distincta; ergo etiam si incident in unum & idem tempus. Probatur Consequentia: quia tempus videtur esse impertinens ad incidentiam, vel non inducendam distinctam obligationem.

Respondeo ad ultimum N. C. & ejus proportionem: nam dum incident illa præcepta in diversum tempus, præcipiunt diversos actus; & per consequens, continens illos plures actus, peccat solum peccatis numero distinctis; veluti si hodie & cras transgredior præceptum, prohibiti homicidium. At vero quando incident in eandem diem, non præcipiunt nisi unum actum; ac proinde non videtur, omitiens illum actum duplicititer peccare.

Quemadmodum si aliquis vorerit legere Rosarium, quod habet in manibus, tribus distinctis diebus; si omittat legerem, peccat triplici peccato: si autem tertio vovet istud Rosarium legere hoc die, non peccat nisi semel, quoniam sit triplex votum; quia scilicet est tantum una omisso voti, que non videatur confituisse nisi unicum peccatum.

Dices: Estò hoc verum sit, quando duplex jejunium incident in eandem diem, quia non potest nisi semel uno die jejunare; equidem quando duplex præceptum audiendi Missam, incident in eandem diem, possit duas audire Missas: cur ergo non obligatur?

Respondeo: quia sensus communis fiducium, sciente & non contradicente Ecclesiâ, sic interpretatur illa duo præcepta, ut unicâ auditione Missæ possit ipsi satisficeri: quia unica auditio sicut non habet meritum, nisi unius actus virtutis; ita omissione ejus non debet habere demeritum, nisi unius actus peccati.

Hinc ad primum argumentum, Respondeo: Jejunium vigilie alicuius Sancti non præcipitur, ut immediatè per illud aut Deum aut Sanctum colamus sed ut per istud antimum prepareremus, & apud eum ad cultum Dei aut Sancti reddamus. Cultus igitur Dei aut Sancti, est finis seu motivum planè extrinsecum & remotum, à quo non desumitur diversitas specifica vel numerica alicuius actus: est quippe finis Legislatoris, qui non cadit sub legem (ut habet communè dictum) ergo per illum lex non diversificatur species vel numero.

Queris, quis sit finis seu motivum intrinsecum & proximum unctionis jejunii? Respondeo: exercitium temperantiae, tanquam

Secunda
difficultas

226.
Respondeo
tut ad 2.

227.
Instans.

228.
Responso
ad 1. arg.
2. diff.

774 Disput. 7. De Sacramento Pœnitentie.

congrua dispositionis ad cultum Dei aut Sancti.

229.
Responde-
tus ad ar-
gumentum.

Similiter respondeo ad argumentum secundum: auditio Missæ in Feste non præcipitur intrinsecè & proximè ex motivo cultus, proprii illi Sancto, cuius Festum celebratur, sed ex motivo cultus divini: quia decens est, ut illo die magis colamus Deum, quam alio die; vel certè, ut in ipsis Sanctis colamus Deum, qui speciali modo illis assistit. Et sic patet, quod auditio Missæ in die Feste pertinet ad eandem virtutem Religionis, ad quam pertinet Missæ auditio in die Dominica; eodem modo, quo ipsa Missa, quæ celebratur in die Feste, non est dubium, quin pertineat ad eandem virtutem Religionis, ad quam pertinet Missa, quæ celebratur die Dominicæ utramque enim est supremus cultus latræ, quia Sacrificium, quod soli Deo convenit.

Videtur ergo Ecclesia solum determinasse tempora colendi Deum, quæ ipse Deus reliquerat indeterminata: & merito sic determinavit, ut quoniam aliquando homo obligatur colere Deum, eo potissimum tempore coleret, quo specialia ab eo accepit beneficia. Atque hoc satls de prima parte, quæ communis est.

230.
Oppugna-
tur 2. pars
Conclusionis.

Contra secundam partem opponitur: Frangens jejunium ab Ecclesia præceptum ex motivo temperantiae, peccat contra temperantiam; ergo similiter frangens jejunium, quod vovit ex motivo temperantiae: ergo peccat duplice peccato, uno contra votum seu fidelitatem Deo debitam, altero contra temperantiam. Immo videtur, quod talis non peccet contra votum, sed solum contra temperantiam ex ejus motivo vovit, quod tamen est contra communem sententiam, quæ agnoscit in violatione illius jejunii sacramentum; hicut qui ex motivo justitiae vovit à farto abstineri, furando non injustus tantum, sed & sacrilegus est. Ergo male dicimus ex motivo specificari peccatum.

Responsio.

Qui inten-
dit votum,
necessaria
intendit
cultum Dei.

Motivum
temperan-
tie est ex-
trinsecum.

Relpondeo N. C. si per motivum intelligas proximum & intrinsecum. Dico itaque in casu Conclusionis esse unicum peccatum contra Religionem; nam votum intrinsecè & formaliter ac proximè tendit ad cultum seu honorem Dei. Proinde qui intendit votum, non potest non intendere cultum Dei; consequenter non potest non intendere honestatem Religionis, id est, qui vult efficaciter votum, necessario vult id, quod formaliter est cultus Dei; adeoque obligationem virtutis Religionis infallibiliter connexam.

Nec obstat; quod expresse voeat ex motivo temperantiae, aut alterius virtutis; hoc enim motivum solum est extrinsecum & remotum, adeoque non specificat: neque privati hominis est, materialiter liberam temperantiae reddere materialiam necessariam tempe-

rantiae, sed solum Superioris seu Legislatoris, ut latius deduximus Sect. 8. Concl. 7. Vise ibi dicta.

Hinc si ad votum jejunandi accesserit præceptum Superioris; admitto libenter duplex peccatum, unum contra virtutem Religionis, alterum contra temperantiam; non propter duplex præceptum, sed propter duplex præceptum, ex duplice motivo proximo & intrinseco, scilicet motivo Religionis, & motivo temperantiae; & per consequens, propter duplicitam materialiter sit unus; equidem formaliter duplex est, quia spectans ad duas virtutes specie distinctas, nimirum temperantiam & Religionem, ex quarum motivo præcipitur. Sic igitur illud jejunium, quamvis materialiter unicum, nihilominus duplicitem habet honestatem, & duplex meritum; ita quoque violatio oppositi, licet materialiter unica, attamen duplum habet malitiam, & demeritum; & unctionis malitia in Confessione est explicanda, ut communiter Omnes docent.

Non gravetur Lector, si hic subscipio 231. tentantiam Felicis de Peccatis c. 2. diff. 2. f. n. 22, quæ asserit, præceptum Confessarii impetrantis, ut penitens jejunet in vigilia, non esse exprimentum in Confessione. Neque obstat (inquit ille) dicere: quod ex præcepto Confessarii tenetur quis jejunare sub motivo Satisfactionis sacramentalis; nam Resp. negando: nam tale motivum est extrinsecum, & non cadit sub præcepto: immo etiam si penitentis ex motivo vanæ gloriae, adimpleret præceptum Confessarii, sicut & præceptum Ecclesiae. Hæc Felix.

Prorsus adimpleret: sed nunquid ideo non 232. tenetur explicare præceptum Ecclesiae, quando vovit in vigilia jejunare? Aut ideo non tenetur explicare votum, quia tametsi jejunaret ex motivo vanæ gloriae, adimpleret suum votum? Igitur per præceptum Confessarii constitutur illud jejunium pars integralis sacramenti Pœnitentiae; adeoque non jejunans peccat duplice peccato, uno contra præceptum Ecclesiae, ex motivo intrinseco temperantiae, & per consequens contra virtutem temperantiae; altero contra præceptum Confessarii, ex motivo intrinseco integratissimi Sacramenti, & per consequens contra virtutem Religionis.

Sed numquid ex his recte inferitur: Ergo 233. Franciscanus frangens jejunium in Quadragesima, peccat duplíciter? Exstimo, quod sic; genere quidquid in contrarium doceat Emmanuel Rodriguez tom. 1. qq. Regul. q. 26. a. 2. & 4. Alii, qui censem, præcepta Regule FF. Minorum tantum esse præcepta. Ego autem (salvo meliori j) censem; infuper esse vota, & ideo Franciscanus, qui frangit jejunium in Quadragesima, duplíciter peccare, nimis est. Regule probat. 1. Primum accipit Clem. Exiri, de voluntate & dicens, quod si tria vota, nude & a suis Regula obligantur, implenda quæ sunt, que Regula

præceptum Ecclesie temperantiae; & præterinde, contra virtutem

Quod antequam cultas occurrit ci- mæ, quod Clem. que incipit: Existi- non enumerat inter Regulæ, sed solum Sanctorum usque a niuum Feria. ibi omniū SS. usque ad finis teneantur; ubi me, ut proinde per Regulam præcep-

Respondeo breviter eodem modo cap. 3. ibi: Et ieiunia ad Nativitatem Domini (Quadragesimam) ministrantur. Alius tur nisi sexā feria ieiunia colligi ex verbis omnium obligatio. Quadragesimam non contabat Fratres a jure communis.

Deinde licet illud expousuerit tali sufficienter insua ad illud jejunium dubius temporibus a Feste omnium SS. usq. maximè Quadragesimam atque ita Barchinonensis c. 4. in principio: Cùm duas Quadragesimas deatur cum benedictione Seraphicus cap. 3. Quadragesimas præcep- di locutus.

Tota disputatio quam pro viribus guez suprà, sponde & certissimum id est luce meridianâ claram argumentum testatur Herinex p. Peccato in communione deprehendere. Quod exscribo ejus argumentum.

Primum accipit Clem. Exiri, de voluntate & dicens, quod si tria vota, nude & a suis Regula obligantur, implenda quæ sunt, que Regula

præceptum Ecclesiæ, ex motivo intrinseco temperantia, adeoque contra virtutem temperantia; & præterea contra votum; ac proinde, contra virtutem Religionis.

Quod antequam probo, specialis difficultas occurrit circa jejuniū Quadragesima, quod Clemens V. in sua Declaratione, qui incipit: *Exi vi de Paradiso de verb. signi. non enumerat inter aequipollentia præceptis Regulae, sed solum jejuniū à Festa omnium Sanctorum usque ad Natalem Domini, & jejunum Feria 6. ibi: Item quid ieiunare à Festa omnium SS. usque ad Natalem Domini, & in festis feriarum tenetur; ubi nulla mentio Quadragesima, ut proinde non videatur Quadragesima per Regulam præcepta.*

Respondeo breviter; Regulam FF. Minorum eodem modo loqui de omnibus jejuniis cap. 3. ibi: *Et ieiunare à Festa omnium SS. usque ad Nativitatem Domini. Et infra: Sed aliam (Quadragesimam) usque ad Resurrectionem Domini ieiunare. Aliis autem temporibus non teneantur nisi sexta feria ieiunare.* Unde quantum potest colligi ex verbis Regulae, æqualis est omnium obligatio. Fateor, Clementem Quadragesimam non enumerasse, fortis quia scilicet constabat Fratres ad hanc obligari, saltem ex jure communii.

Deinde licet illo loco dominute illud præceptum expulerit; attamen in eadem Decreto sufficiente indicat Fratres ex Professione sua ad illud jejuniū teneri, ibi: *Deinde cum duobus temporibus annotatis in Regula, scilicet à Festa omnium SS. usque ad Nativitatem Domini, & maximè Quadragesima, in quibus ieiunare tenentur &c.* Atque ita docent Statuta Generalia Barchinonensis c. 4. §. 1. (alijs c. 2. §. 5.) in principio: *Cum secundum Regulam teneantur duas Quadragesimas ieiunare, & intermedia sua- ducatur cum benedictione Dei &c. Consonat Doctor Seraphicus cap. 3. in Exp. Reg. ibi: Ducas Quadragesimas præceptorum imponens.* Igitur de obligatione præcepti non est relitus dubitan- di locus.

Tota disputatio est de obligatione voti, quam pro viribus negat Emmanuel Rodriguez lupridi, spondens se tamquam verissimum & certissimum id esse offensurum, argumentis luce meridianâ clarioribus. Sed nullum ejusmodi argumentum se potuisse deprehendere, testatur Herinex part. 2. tract. 2. disp. 5. de Peccato in communi n. 47. Nec ego potui deprehendere. Quod ne gratis dici videatur, exscribo ejus argumenta & refutatio-

ne.

Primum accipit ex his verbis Coric. Vienn. Clem. Exi. de verb. significatione: *Declaramus & dicimus, quid dicti Fratres non solum ad illa vota, mude & absolute accepta, ex professione sua Regula obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda que sunt pertinencia ad haec tria prædicta, que Regula ipsa ponit.* Et paulò inferius:

Neque tamen putandum est, quid B. Franciscus Professores hujus Regule, quantum ad omnia contentum in Regula, modificantia tria vota, seu ad alia in ipsa expressa, intendenter equaliter esse obligatos; quin potius aperte disserunt, quid quoad quædam ipso- rum ex vi verbis transgressio est mortalitatis, & quoad quedam alia non; cum ad quædam ipsorum verbis apponat præcepta, vel aequipollentia eidem; & quoad aliqua verbis aliis sit contentus.

Ex his & similibus verbis sic argumentatur prædictus Author: Concilium Viennense de- cernit & dividit vota solemnia à præceptis, in Regula Minorum Fratrum contentis: igitur præcepta & vota longè sibi invicem distant, scilicet Cœlum & terra. Si enim cuncta, quæ Minoribus præcipiuntur, essent solemnia vota; eront profecti in Philosophia, & prorsus ab omni Dialetica esset alienum, inter vota & præcepta discrimen aliquod consi- tueret. Quis enim umquam Dialeticorum distinxit inter hominem & rationalem petram & lapidem, gladium & ensim, & cujusmodi sunt vota solemnia & præcepta? Superet igitur, Universale Concilium discernens inter vota & præcepta, apertissime noltram insi- nuasse propositionem. Hæc ille:

Ego autem dico, quæcumq; abest Cœlum à terra, tantum abest Conc. Vienn. apertissime insinuasse doctrinam Rodriguez; quin potius nostram apertissime insinuaverit his ver- bis intermediis: *Nam si ad haec tria prædicta tan- tum precie & nudè promittentes se servare Regula, vivendo in obedientia, castitate & sine pro- pria, & non etiam ad omnia contenta in Regula, quo haec tria modificant, ardantur; pro nibilo & vano preferentur haec verba: Promitto semper hanc Regulam obscrivare; ex quo ex his verbis nulla obligatio nascerebitur.*

Quid volis videtur, benignè Lector? Num modus tantum distat à modificeato, quæcumq; Cœlum à terra? Si ergo præcepta Regulae modificant vota (ut hæc dicit Pontifex) quo- modò longè sibi invicem distant, sicut Cœlum & terra? An forte Cœlum modificat terram, vel vice versa terra modificat Cœlum? Et verò si ex his verbis: *Promitto semper hanc Regulam obscrivare, nascitur obligatio servandi præcepta Regula;* quomodo illa obligatio, non est obligatio voti? Quid enim aliud est votum, quam promissio facta Deo?

Atque si hæc valeat argumentum à contraria sensu, Pontifex paulò superius sic ait: *Nos circa hunc articulum Predecessorum nostrorum ve- stigii inhaerentes, ipsamq; articulam quod aliquid clarius prosequentes, dicta hesitatione duximus re- spondendum; quod cum votum determinatum cuiuslibet habeat cadere sub certo, votens Regulam non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia Euangelica, qua in Regula non ponuntur.* Ergo ad ea Consilia Euangelica, quæ pontuntur sub verbis præceptivis vel aequipollentibus, votens

vovens Regulam potest & debet dici teneri ex vi voti. Ecce quām aperte Pontifex nostram insinuat doctrinam.

237.
Erasius Ro-
driguez, di-
cens Con-
ciliū nihil
definit.

Hanc difficultatem prævidit Emanuel, & intrepidè respondet, Vienensem Synodum praefatis verbis nihil prorsus definire, sed solum rationem definiti reddere. Prædixerat namque sic auctoritatè loquens: Declaramus & dicimus Minorē ex Professione sua Regula obligari non solum ad tria vota, verum etiam ad alia, que in regula continentur, pertinentia ad bac tria. Hactenū præfata Synodus definiens loquitur: mox autem definiti rationem subdit, dicens: Nam si ad hec tria vota tantum obligantur, pro nihilo & vanè proficerentur haec verba: Promitto servare Regulam. His verbis profecto nihil definit; solummodò quod definitum erat, confirmat: ideo non tamquam Legislator fententiam profert, sed tamquam Doctor opinionem suam exprimit. Superest igitur, nullam injuriam Concilio irrogari, si quis prædicta verba juxta D. Thomæ sententiam interpretetur. Ita Rodriguez.

S. Thomas.
Quæris, quā sit illa fententia D. Thomæ? Respondeo: D. Thomas 2. 2. q. 186. a. 9. ad Primum sic ait: Ille qui proficitur Regulam, non vovet servare omnia, que sunt in Regula; sed vovet Regularem vitam, que essentialiter consistit in tribus prædictis, scilicet paupertate, continentia & obedientia.

Miror summoperè, quomodo vir alioquin doctissimus, voluerit suam fententiam firmare auctoritate D. Thomæ; cùm in corpore ejusdem articuli expressis verbis nostram doceat opinionem: Votum professionis (inquit ille) reficiunt principalius tria prædicta, scilicet paupertatem, continentiam & obedientiam; alia vero omnia ad hac ordinantur. Et ideo transgressio horum trium obligat ad mortale: aliarum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi propter contemptum Regule; quia hoc direllē contrariaretur professioni, per quam aliquis votis Regularem vitam: vel propter preceptum sive oremus à Prælato factum, sive in Regula expressum; quia hoc esset facere contra obedientiam votum.

Ergo qui transgreditur preceptum expressum Regula FF. Minorum, facit secundum D. Thomam contra obedientiam votum: ergo præcepta Regula FF. Minorum sunt vota, saltem mediata & indirecta, id est, sunt materia voti obedientia, quod sufficit ad veritatem nostræ Conclusionis: nam hoc ipso qui transgreditur, peccat contra Religionem (ut clarum est) & insuper contra virtutem, in cuius materia præcipitur, v. g. contra temperantiam, cuius materia est jejunium Quadragesima. Ergo &c.

Videamus nunc quām sit frivola haec responsio ad verba Concilii, que videntur probare præcepta Regulae nostra esse vota, etiam proximè & directè: His verbis (inquit Emanuel,

nuel) nihil profecto definit. Et quis dicit sententiam moltram esse definitam? Suffici, nobis, quod Clemens, tamquam Doctor particularis, eam his verbis expresserit.

Sed prosequarum verba Rodriguez supra: Esto (inquit ille) Conciliū Vienensis Decretum insinuasset, Minorē omnes proficiunt solum informe illud solemne Religionis votum, verum & universa præcepta Minoribus ipsis Regulam observanda, perpetram tamen inde colliguntur, præcepta ipsa quoquo pacte esse solemnia vota: voventes namque Minorum Regularem vitam, promittunt ferare cuncta, que in eorum Regula traduntur, non tamen ad univerla eodem obligations generē tenentur; sed ad vota prout sunt, quatenus Monachatus substantiam exprimunt; ad præcepta autem, ut præcepta & solum prout Minorum statui connectuntur.

Audi Nicolaum Pont. Max. similem contradictionem dirimentem questionem: Dato (inquit) quod absolute diceretur: Omnino promitto S. Euangelium observare date mittere, promissionem huiusmodi ad alium intellectum ab hac intentione promittens non debet perfingi, nisi ut observancia Euangeli sit, sicut tradita reperitur à Christo; videlicet, quod præcepta ut præcepta, & consilia ut consilia, à promittentibus observentur. Hactenus Nicolaus Pont. Max.

Vides, quoniam pacto quando plura in unito versum promittuntur, non tamen omnia exinde devincere voventes? Quid plura? Audi Dominicus minicanus ipsis præscriptam proficiunt normam: Promitto (inquit) obedientiam secundum Regulam B. Augustini Episcopi, & secundum Institutiones FF. Prædicatorum. Idem prorsus apud illos significat: Promitto obedientiam secundum Regulam, & Institutiones huius Ordinis; quod apud nos: Promitto servare Regulam. Huc igitur Rodriguez.

Sed in primis petri principium: nam hoc est, quod queritur; an prorsus idem significat apud Dominicanos: Promitto obedientiam secundum Regulam; quod apud nos: Promitto Regulam? Et non prorsus idem significat, probo ex D. Thoma supra ad Primum, ubi s. Thomæ sic ait: Vnde & in quibusdam Religionibus causis aliqua proficitur, non quidem Regulam, sed vivere secundum Regulam, id est, tendere ad hoc, ut aliquis mores suis informe secundum Regulam, sicut secundum quoddam exemplar. Et hoc tollatur per contemptum. In quibusdam autem Religionibus adhuc causis proficitur obedientiam secundum Regulam, ita quod professioni non contrariatur, nisi id, quod est contra præceptum Regule: transgressio rei vel omissionis aliorum obligat solum ad peccatum veniale In aliqua tamen Religione, scilicet Ordinis Prædicatorum, transgressio talis vel omissionis ex suo genere non obligat ad culpam, neque mortalem, neque veniale, sed solum ad panam taxatam superendam &c.

Si prorsus idem definitum secundum R. lan; quomodo in q. aliqui proficitur, non secundum Regulam; adhuc cautela proficitur regulam? Quæ, amazcauta? Illa particula ad rem pertinet, Proficiunt Regulam, & Regulam, vel, Pro Regulam?

Quantum ad P. neque Clemens, sc. nullorum solemniū nulla desuper forentione inter Consilium enim lego apud Nic. intelleximus) ab aliis Ordinis tam ad consilium teneantur &c. gata: Quod præcepta consilia à promittentibus sunt, nec repugnat agunt de clittis tis solemnisibus, ut oculis apertos ad

Confimilite le Vienna. In primis Regula principio habitorum hac est, s. Christi Sanctum obediencia viventes eiusdem Ordinis consilia Euangeli et &c. Et sic vernotum Regulariter que in eorum Regulagationis genere ter Nicolaus. Quod præcepta consilia à promittentibus

Et infra: Ad omnium continetur, tam præter ex eo vota proficiuntur, quām eo modo confitit & cetera eo modo, quod in Regula, & non alio. eadem Regula ipsis etur. Ceterorum ver monitoris, exhortationis, & cetera eo modo, quod in quibusdam magis concedet de imitatores tanti patrunt. In quibus meminit votorum rur; (ad quo FF. Minorē fūtū professionis) & quorum observantur, ex quo eos prosequuntur. Ostendat

& sejicit re-
sponsionem
ad verba
Conciliū.

Et quis dicit tam? Sufficit nam Doctor pati-
efferit.

Rodriguez supradic-

ili Viennensis De-

es omnes profici-

olemne Religionis

præcepta Minor-

tervanda, perperam

cepta ipsa quoq;

voentes nanc-

m, promittunt ter-

Regula traduntur,

etdem obligations

prout sunt, qua-

dam exprimunt; id

cepta sunt, & solùm

scuntur.

Aax. similem con-

ditionem: Data in

: Omnino pro-

vare date n-

ad alium intellectu-

non debere perfir-

eli si, sicut tradi-

nd præcepta uia pa-

romittentibus

is Pont. Max.

ando plus in uni-

tamen omnia expon-

plura? Audi Do-

ni profundi nos-

obedientiam faci-

scopi, & secundum

n. Idem prorsus

obedientiam signi-

ficavit nos: Promitti

idem significare

ad Primum, ubi

Religionibus canit

Regulam, sed vire

re ad hoc, ut aliqui

egulari, sicut secun-

dum solitus per con-

Religionibus adhuc

secundum Regula-

riatur, nifit, quod

transgredio vero vel

ad peccatum veritat-

ione, sicut et Ordinis

lis vel omisso ex se-

que mortalem, ne-

veniam taxatam ful-

si

Si prorsus idem significant: *Promitto obe-*
dientiam secundum Regulam, & : Promitto Regu-
lam; quomodo in quibusdam Religionibus cautius
alii proficiunt, non quidem Regulam, sed, rite
secundum Regulam; & in quibusdam Religionibus
adhuc cautius proficiunt obedientiam secundum Re-
gulam? Quae, amabo, ista cautela, & major
cautela? Illa particula adversativa, sed, quid
ad rem pertinet, si idem prorsus significant;
profici Regulam, & ; Profici vivere secundum
Regulam, vel; Profici obedientiam secundum
Regulam?

Quantum ad Pont. Max., neque Nicolaus,
neque Clemens, sollicitus fuit de distinctione
votorum solemnia à præceptis Regulae, cum
nulla deficiat fore habefiat, sed de distinc-

tione inter Confilia & præcepta Regulae: sic

enim lego apud Nicolaum: *In primis quia (sic ut intelleximus) ab aliis habetur, an FF. eiusdem*

Ordinis tam ad confilia, quam ad præcepta Euangeli

teneantur &c. Hinc illa verba suprà alle-

gata: Quid præcepta, ut præcepta; & confilia, ut

confilia à prominentibus obseruentur. Quae vo-

tae sunt, nec repugnant nostra doctrina; qui

non agunt de distinctione præceptorum à vo-

toris solemnibus; sed de distinctione præceptorum

ad hanc, ut nemo non videt, qui habet

oculos apertos ad videndum.

Consimiliter loquitur Clemens in Conc. Viena. *In primis (inquit) ex eo, quid in dicta Regula principio habetur: Regula & vita FF. Minorum hæc est, scilicet Domini nostri Iesu Christi Sanctum Euangeliū observare, in obedientia vivendo &c. Tuit habestatum, an fratres suorum Ordinis ad omnia tam præcepta, quam confilia Euangeliū ex professione sua Regula teneantur &c.* Et sic verum est, quod voentes Minorum Regulam vitam, non ad universa, quæ in eorum Regula traduntur, eodem obligations genere teneantur; sed (sicut loquitur Nicolaus) *Quid præcepta, ut præcepta; & confilia, ut confilia à prominentibus obseruentur.*

Ex infra: *Ad omnia autem, que in ipsa Regula continentur, tam præcepta, quam confilia, quam certa ex votis professionis huiusmodi non aliter teneantur, quam modo, quo in Regula ipsa traduntur, ut scilicet teneantur ad eorum observantiam, que in eadem Regula ipsa sub verbis obligatoriis indicantur. Ceterorum vero observantiam, que sub verbis monitoris, exhortatoris, informatoris & instrutoris; seu quibusunque aliis continentur, etenim magis concedet de bono & aequo eos profegi, quod imitatores tanti Patris effecti, Christi semitas elegi- runt. In quibus verbis Pontifex exprefse non meminit votorum solemnia, sed præceptorum; (ad quorum observantiam teneantur FF. Minores sub peccato mortali ex voto professionis) & confitorum, ac ceterorum, quorum observantiam concedet de bono & aequo eos profegi.*

Ostendat nunc Rodriguez, ubi vel Nico-

laus vel Clemens asserat, vota solemnia obser-

vanda esse, ut vota, & præcepta solùm ut præ-

cepta. Si autem hoc ostendere non possit (sicut

revera non potest) fateatur, præcepta aliquo

modo esse vota solemnia; quia videlicet præ-

cepta modificant vota solemnia (ut loquitur

Clemens supra)

adèque F. Minor votet

obedientiam, castitatem & paupertatem, non

nudè & abfolutè accepta; sed ut modificata

per præcepta Regula: ergo & ipsa præcepta

directè votet, non ut essentia statu Reli-

giose secundum se, sed ut pertinentia ad sta-

tum Religious Franciscanum.

Igitur quæstio est de nomine, an præcepta
sunt vota solemnia; per quæ ordinariè intelli- 243.
Præcepta
Reg. nostræ
funt aliquo
modo vota
sunt talia vota solemnia, sed modificationes
istorum votorum. Sin autem per vota solemnia intelligas illa vota, quæ in solemani pro-
fessione entituntur; dico ita ratione præcepta
Regule nostræ esse vota solemnia.

Atque in his dispensare potest Pontifex; In ipsa dia-
sparsis etiam in illis, cum sapientis Pontifices
dispenseraverint cum Monachis, ut ducent
uxores; ut videtur est apud Suarium tom. 3. de
votis etiam in
Relig. lib. 6. c. 16. n. 6. Non est autem cre-
dendum, Pontifices tam sapientis illa potestate
esse usos (præsumtum cum non tantum sit qua-
silio, an licet sed etiam, an factum teneat)
nisi putantur probabilitas, se illam potestatem
a Christo accepisse. Ergo non mirum, si ali-
quando dispenseraverint in præceptis nostræ
Regule, esto dicamus, ipsa esse aliquo pacto
vota solemnia.

Plane (inquis) potest Papa dispensare in 244.
votis solemnibus; sed non manente Mona-
chatus, seu Monacho: nam (ut habetur cap.
Cùm ad Monasterium. 6. de statu Monachorum)
Abdicatio proprietatis sicut & custodias castitatis,
ad eo annexa Regula monachali, ut contra eam
nec Summis Pontifex posset licentiam indulgere.
Jam autem in præceptis nostræ Regule ita di-
spensat Pontifex, ut etiam maneat Monachus.
Repondeo: quidquid sit de isto jure (nam solvitur
constat ex Bullis Pontificis, PP. Societatis
confitui veros Religious per vota simplicia,
post biennium emissa, quamvis retineant ve-
ram proprietatem & dominium suorum bo-
norum) exinde tantum sequi, præcepta Regu-
lae nostræ non esse vota primaria seu sub-
stantia, à quibus dependeat substantia seu
essentia statu Religious, eo semper salvo,
quod sint vota secundaria (ut sic dicam) seu
modificatione vota illa primaria & essentialia
omni statu Religious.

Ex quo parat, quare obedientia, paupertas 245.
Quæ in
professione
& castitas specialiter exprimantur in professio-
ne, his verbis: Vivendo in obedientia, sine proprio
& in castitate; quamvis enim in ipsa Regula
contineantur, ac proinde promittens abfolutè
Regula

petras &
Cælestas.

Regulae observantiam, etiam hoc ipso promittat paupertatem, castitatem & obedientiam; attamen quia stricior est obligatio horum votorum, & particulares quodam habent effectus, a quibus appellantur vota solemnia, v. g. inhabitabilitatem ad dominium, usum, usum fructum & possessionem bonorum temporalium; item inhabitabilitatem ad contrahendum matrimonium, item inhabitabilitatem ad contraheendum irrevocabilem obligationem civilem vel naturalem, per contractum vel quemcumque alium modum, absque consensu Pratali: quos effectus (ut pater) non habent alia præcepta Regule; hinc (sicut dixi) specialiter exprimuntur hinc verbis: Vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.

246.
Præter vota
affectionalia
posse esse
alia vota &
præcepta,
aliqua
Reg pro-
batur ex
Trident.

Profecto præter vota essentialia, alia esse aliquip Regula & Ordinis peculiaria vota & præcepta, hanc obsecrare significat Conc. Trid, lessi 25. de Reg. c. 1. ibi: Atque in primis, que ad sua Professionis perfectionem, ut obedientia, pauperitas & castitatis, ac si quia alia sunt, aliquip Regula & Ordinis peculiaria vota & præcepta, ad eorum respectivæ efficiantur, nec non ad communem vitam, viatum & vestitum conservandam pertinentia, fideliter obsecrantur. Ubi in dubio notat præcepta nostra Regula, cum alia Regule non habeant præcepta obligantia ad mortale.

Nec obsecrat, quod videatur distinguere inter vota & præcepta; quia revera distinctione est: non tamen hujusmodi, quin præcepta simul possint esse vota, hoc est, quin unus & idem actus possit esse debitus ex voto, & ex præcepto. Quidni ergo peccaret dupli pecato, qui talem actum omittet?

247.

Sed redeamus ad Concil. Trident: Omnis (inquit) cura & diligentia à Superioribus adhibetur tam in Capitulo Generalibus & Provinciaibus, quam in eorum visitationibus, que sive temporibus facere non prætermittantur, ut ab illis (scilicet votis essentialibus, & aliis peculiaribus votis & præceptis) non recedatur; cum compertum sit, ab eis non posse ea, que ad substantiam Regularis vita pertinet, relaxari: si enim ea, que bases sunt & fundamenta totius Regularis disciplinae, exinde non fuerint conservata, totum corrutum edificium necesse est. Loquitur de basibus & fundamentis Religionis non generice, sed specificè; qualia fundamenta & bases Seraphicæ Religionis inducere sunt præcepta formalia: que proinde patimus à Superioribus non posse relaxari, salvò primo loco Religionis Seraphicæ,

Præcepta
formalia
Reg. nostra
non possunt
à Superiori-
bus rela-
xari.

Marchant.

